



## OBSERVATIONUM MEDICINALIUM

## LIBER QUARTUS.

## DE MORBIS EXTERNIS.

*De Arthritide succedente dysenteriae.*

## OBSERVAT. I.

**D**N. Thomas Deckin<sup>s</sup> ger / primæ curiæ Gymnasii Ulm. Praeceptor, à dysenteriâ gravâ, arthritide vagâ est correptus, à pedis dacto dextro incipiente, post omnes articulos occupante, internis & externis medicamentis frustraneis, à me & etiam Dn. D. Horstio administratis? Cum per 4. menses lecto affixus, diu noctuq; discruciatus, ut nullum membrum vel tantillum commovere potuerit, tandem doloribus urgentibus, meo consilio obsecundans (cum Dn. D. Horstius de ipsius salute desperarit) decoctum lig. sassafr. cum R. chin. dudum à me propositum, assumpsit, matutinum tantum hauustum sudoriferum bibens, cum vires bis in die sudoris clictum non admitterent, priùs evacuato corpore.

R. M. p. coch. aur. f. quib. 3j. Extr. d. carth. gr. vi. cum aq. beton. f. p. 27.  
R. Chin. ʒij. lig. sassafr. ʒij. in aq. ℔, 12. infusa dec. ad med. pro sudorif.

Resid. aff. aq. ℔, 12. dec. ad cons.  
3. part. pro potu.

Intra mensem feliciter & plenariè fuit restitutus, resolutis omnibus superfluitatibus scrosis ac pituitosis, quæ velut repagulo soluto, per totius corporis venas in omnes articulos irrepserant, se insinuantes. Mihi valedicenti, ob fidem locatam operam, magnas egit gratias, quod ipsius, præviâ benedictione divinâ, quasi Salvator, cum Dn. D. Horstius planè de ipsius valetudine recuperanda desperarit. Casus ille à me prolixius deductus extat in meis consultationibus.

Bb 2

OBSER.

*Utrum Thermarum usus in affectibus arthriticis & podagrī sit proficuus.*

Cum sat gravis inter Medicos certatio, utrum Thermæ in arthriticis & podagrī affectibus convenient: eri prostant exempla, quibus salutares, & in oppositum, quibus noxiæ & plane lethales: Ego adhibita istā distinctione statuerem, quod affectus illi contingent vel per defluxionem, vel per congestionem: si per hanc ex imbecillitate partium collecta materia articulis sit impensa, ex causā frigidā, ad eam resolvendam ac discutiendam, & artus corroborandos, Thermæ videntur proficuae: sū verò per illā, & ex causa calidā, perniciose. Etenim cum materia potulenta cum cibis ingesta, ad chyli distributionem interviat, exin ab Hippocrate οὐνημα τῆς περιφέρειας vehiculum alimenti haud inscitè dictum, serositas illa ad parandum chylo crassiori, qui alias per venas angustas transire non possit, commeatum dicata, ubi suo munere perfuncta, non amplius in venis remanere debet, quin separata à massâ sanguineâ, per venas emulgentes trahita ad Renes, & per ureteres ad vesicam delata, excernenda: sū verò cunctetur, & in venoso ac arterioso genere, subsistat, indies magis accumulata, vel suā sponte repagulo so-

luto, dimanet ac profluat, vel copiā aut inimicā qualitate irritata Naturā, expellat eam ad extremos artus precipitando. Exin humores illi feroci ac ichorosi turgescentes, in vasis internis, circa regionē Epatis, Lienis, aut mesenterii diu retenti, remorāt objiciente vel obstructione, vel imbecilliore factā virtute attrahētrice Renum, tandem impetu quodam, velut apertā catarractā, ad extimas partes solent despumare. Qui ad hunc modum sunt dispositi, thermæ haud carent periculo, duplii de causā, vel dum humores illi vitiosi attenuati & fluxiles redditi ad membra extrema amendantur, vel ab externā lotione articulis adficiētis, defluxio humorum intercepta, se insinuare nequeat, quin retrocedat, & ad partem aliquam principem se recipiat. Id haud abs re exemplis illustrare. Refert Christophorus Guarinonius, Rudolphi I.I. Imper. Archiater, in suis consiliis, de Octavio Spinola Legato, cui Pragæ commoranti podagrīis doloribus obnoxio diffusa erit Thermae Carolinas, sed spretā suā sententiā, alterius Medici consilio obsecundantem, in illas profectum, curā absolutā, brevī post humores vagabundos ad pulmones aman-

amandatos, peripneumoniam inve-  
xisse lethalem.

Etsi assultus Podagrici nostrâ in  
Urbe rariores, conitat tamen expe-  
rientia, plerosque podagricos, qui  
in thermas ablegati, in multò dete-  
riorem delapsos statum. Cum Dn.  
D. Hieronymus Schleicherus, Reip,  
Ulm. Advocatus, balneis Bollenli-  
bus usus, eò loci paroxysmus poda-  
gricus invaserit, priùs sat commoda  
alias sanitate gaudens, postea verò  
ita valetudinarius evaserit, ut per ali-  
quot annos domo egredi, haud lici-  
tum, cum magnâ querelâ causam re-  
jiciens in lotiones illas.

Cum clariss. Dn. D. Horstius,  
Collega olim meus honorandus, ne-  
phriticis & podagricis doloribus in-  
festatus, solatum & auxilium quæsi-  
vit in usu Thermarum Bollenium,  
postremâ vice balneis nostratibus  
Urbicis usurpatis, sed spe inani, quæ  
ipsi letiferæ, dum brevi post tempo-  
ris intervallo, febre malignâ corre-  
ptus, cum copioso sanguinis miętu  
tenuis & rubicundi, ex fervore ac  
commixtione bilis acrioris redditi &  
stimulantis Naturam ad excretio-  
nem, vel etiam ob imbecillitatem  
facultatis retentricis, suā sponte pro-  
fluentis. Tanta insuperaderat ~~irrigatio~~  
& appetentia prostratio, ut etiam  
suavissima adversatus, ne aquam cor-  
dialem, ab aliis Medicis ordinatam  
admittens, solā aquā mala (quæ  
alias injucunda & aliis naufragia mo-

veret) gaudens, quæ unicum illius  
tum erat quasi refrigerium & oble-  
etamentum.

Res mira, saepius magna Medico-  
rum querela de suis aegris immori-  
geris in assūmendis iis remediis, quæ  
tamē odore & sapore non raro val-  
dè aduersa, si vero ipsi ægrotare cæ-  
perint, respūunt et, quæ alii ob sua-  
vitatem plenis buccis haurirent; &  
ita celebris ille Medicus in omnium  
alioqui rerum affluentia, omnibus  
præliiis pharmaceuticis destitutus  
per os exhibendis (vix unum atque  
alterum clyisma admisit) refragante  
ac relucenti Naturâ, tertia demum  
septimanâ, ergastulum corporeum,  
relinquere est coactus. Id ~~magis~~  
inserere lectori haud ingratum fore  
existimo.

Cum Dn. Samuel Kiechelius,  
Civis primarius Ulm. opulentissim⁹  
chronicis doloribus Podagricis mo-  
lestatus, olim Thermis Bollenibus  
usu, postremò in ferinas profectus,  
domum redux, post dies paucos, o-  
mnium membrorum motu est pri-  
vatus, in lecto decumbens miseram  
traduxit vitam. His adjungere pla-  
cet, Dn. Jacobum Schielinum, Phar-  
macopæum Ulm. qui tam intensis  
arthriticis cruciatibus exigitatus, ut  
vociferationibus ad commiseratio-  
nem commoveret audientes, à nul-  
lo medio majus percipiens leva-  
men, quam si filamenta in lixivio de-  
cocta & expresa, fervide applicita:

tandem re velut desperatā, ad thermas ferinas & Bollenses, per murtis vicibus, refugium habuit, sed oleum & operam perdidit,

Ex tot illustribus exemplis relucet, Podagræ curam non consistere in externis præsidiis, partes recipientes corroborando & exiccando: quin potius ratio habenda viscerum concoctioni inservientium, & membro-

rum mittentium, quorum culpâ humores vitiosi geniti, per vias convenientes non excernuntur, sed diutius retenti, dum in vasis coacervati, instar fluminis alveum excedentis, extum querentes, redundare & quaquaversum se exonerare solent. Cautè igitur ac circumspicè agendum, si Podagricis consulendum.

### De Ischiade.

#### OBSERVAT. I.

##### *Ingens dextræ coxæ dolor implacabilis ex causâ calidâ pronatus.*

Cum Dn. D. Johann. Scultetus, collega honorandus, lèvo & pœnè immedicabili dolore Ischiadicō coxæ dextræ infestatus, varia etiam validissima purgantia assumpta, vesicatoria admota, opia exhibita, vena in talo aperta, localia adhibita, clysmata injecta, omnia irrita, ratus cruciatum illum concitatum, à causâ frigidâ & crassis phlegmaticis humoribus: sed cum ego pro consilio accersitus, observans excreta admodum biliosa, & in abdome advertens dolorem pulsatilem & curandi rationem invertens, cum ille antea usus valde calidis assumptis & admotis, ego è diametro oppositâ methodo & medicamentis, ad refrigerantia me con-

tuli, & acidularum potum consului, illicò assensum dedit, & magnâ felicitate cura processit, ut intra biduum Φλέγμων illa recesserit, et si dolor non totaliter remiserit. Cum autem observarem dolorem vagabundum, modò in regione mesenterii angustiam causare, modò à coxâ in crus descendere, ratus, id mali prodire à copioso crasso & feryido sanguine, qui quærens exitum & non inveniens, tantam pariat molestiam, pro in suasi (eo magis, cum intellexerim ipsum alias fluxui hæmorrhoidalí fuisse obnoxium) applicationem Hirudinum, obsequium præstitum, quinque Hirudines venis hæmorrhoidal. admotæ, quæ cum sanguine farcta, in pelvim orichalceam

con-

conjectæ, insperso sale & cinere, ad  $\frac{z}{3}$ . sanguinis dimiserint, cum exspuentes deprehensus satiguis rubeus & admodum crassus, omnis feri expers. Exin ingens ille cruciatus aliis invictus, evanuit & monitorium reliquit, quantum momenti conferat ad prosperam medelam exacta morborum & caularum cognitio.

Mihi percontanti, utrum nulla aq. cordialis ad manum, pro aver- tendâ lipothymia, respondit: quan-

dam à duobus Medicis esse præscri- ptam, sed sibi adversam, ut assumere nequeat. Ego hanc ordinavi:

$\frac{v}{4}$  Aq. bor. Ros. a.  $\frac{z}{3}$  ij. cinnam.  $\frac{z}{3}$  ii. ol. cinnam. gut. 4. man. Ch. perl.  $\frac{z}{3}$  M.

Eam, cum sequenti matutinâ ipsum visitasse, valde laudavit, nî ea præ- sens, sibi ex ingruente, eâ nocte, li- pothymia, pœnè pereundum. An nō fælicitatis & artis ordinare aquam cordialem ægris acceptam:  $\tau\epsilon \eta \delta v \mu \alpha$  pauci observant.

### OBSERVAT. II

#### De Chronicâ Ischiade ex fervido sanguine causata, calidis exasperata.

Cum Dn. Abrahamus Gurtentz  
bach / ex Almangoia, familiam  
suum Ulmam transtulisset, Filia Vir-  
go 22. ann. chronicò ultrà annum  
durante dolore coxendico infestata,  
ne plumas tolerante, ut in lecto cu-  
bare nequierit, quin in sellâ sedere  
sæpius per totam noctem sit coacta.

Aliorum Medicorum haud vul-  
garium opera irrita, usâ Baln. dec.  
herb. cal. ultra duas septimanas, at  
sine ullo levamine. Cum ego pro  
consilio compellatus.

$\frac{v}{4}$ . R. Enul. fænic. petros. an.  $\frac{z}{3}$  ij.  
herb. meliss. hyss. anth. card. b. salv.  
adiant. utr. a. p. i. liquir.  $\frac{z}{3}$  ij. fol. sen.  
f. l.  $\frac{z}{3}$  x. agar. tro.  $\frac{z}{3}$  ij. Jalap.  $\frac{z}{3}$  ii. Rhab.  
El. turb. al. gumm. a.  $\frac{z}{3}$  ij. crem.

tart.  $\frac{z}{3}$  4. cinnam.  $\frac{z}{3}$  j. gal.  $\frac{z}{3}$  ij. f. fac. pro  
Mens. hydromel.

Alternis diebus quart.  $\frac{z}{3}$ . Id cum  
fructu usurpatum, ut dolor remis-  
sior, cum autem non ex toto cede-  
ret, sed à coxa incipiens per totum  
crus ad infimum pedem peccingre-  
ret, magno conatu materiâ exitum  
querente, conjeci, non tam à frigi-  
gâ intemperie (prout aliorum erat  
opinio) id mali concitatum, quin  
potius à copiâ sanguinis crassioris ac  
fervidioris, exire gestientis. Suasi  
apertione venæ pèdis loco dolen-  
ti respondentis, circa minorem di-  
gitum. Ea referata cum admiratione  
sanguis magno impetu exiliit in sub-  
lime evectionis, cum ejus portio inva-  
sculo

sculo excepta, ubi coaluit, admodum crassus & rubicundus depræhensus, ne guttula seri mixta, ipsâ etiam agrâ sanguinem servidum, in effluxu peticipiente. Dehinc dolor tam diutinus ac refractarius, quasi uno iictu, profligatus.

Hoc autem albo calculo est notandum, licet aliorum Medicorum consilio, etiam vena in pede secta,

sed circa talum, sine ullo commido: cum autem ego percontando cognovissem, dolorem exterius tendere, versus minorem digitum pedis, ad sanguinem à loco affecto avertendum & emitendum, eò respiciendum sum arbitratus, ut prædicta vena incideretur, & sanè prospero successu.

## OBSERVAT. III.

**F**ilius cuiusdam Senatoris Ulm.  
20. ann. ingenti dolore ischiadicō exagitatus, aliorum consilio unguentis frustra adhibitis, ego vocatus ordinavi.

℞. M. pil. 5. quibus aur. Aggregat. a. 3j. cum aq. beton. f.p. 27. Complures secessus habuit & dolor recessit.

## OBSERVAT. IV.

*Sævus dolor cruris dextri aliis invictus vene Ischiadice circum minorem digitum pedis, sectione cessit.*

**V**Idua Dn. M. Andreæ **Herren** schmidē Professoris Gymnasii Ulm. ingenti dolore cruris dextri à summo usque ad imum se extende nte, ad digitum majorem pedis pertingente, ibi materiâ quasi erumpere annitente, ultra mensem durante, internis & externis, nihil proficien tibus. D. Scultetus totum crus pelli ovinæ recenter detractæ cal. involvit & obligavit per horas 24. relin quens, fore, ut dolor conquiesceret, qui tamen intensior factus. Exiū Dn. D. Horstius etiam advocatus, cum malum tam contumax, qui proposuit.

℞. Aq. salv. 3ij. d. Hirund. cum cast. theriacal. cephal. a. 3j. sp. lil. convall. 3β. M. urlintea imb. cal. apl.

Sed ferre non potuit, quin dolor acerbior redditus. Oblatum laud. op. cum mag. gr. 4. cons. ros. 3ij. ante somnum, sed parum dormivit.

Clysim. ℞. Herb. malv. alth. merc. betæ a. m. j. salv. beton. anth. a. m. β. sem. anis. fænic. a. 3ij. lini. 3β. dee. in aq. ad consumpt. 3. part. In col. 3x. diss. El. diacath. 3. d. carth. 3β. ol. chamo. amyg. d. a. 3β. vit. i. o. 3. parum f. cl.

Cum omnia frustranea, tandem

mē9

meo consilio, vena salvatella in pede affecto juxta minorem digitum aperta, & incantamenq; instar doloris sopitus. Dn. D. Horstius erat mihi contrarius, opponens non esse trahendum ad locum affectum, cui respondi, opus esse avortione & evacuatione sanguinis à parte dolente, nec eò trahi, ut ibi subsistat, sed ut effluat, & ita optatus successus objecta solidè refutavit. Dolor ille levus & rebellis quasi convulsivus ab omnibus suam habuisse originem existimat, à materia pituitosa nervoso generi impacta & causâ frigidâ, proin calida ordinata. Sed evenus docuit, à fervida massa sanguini-

neq; prodisse, dum vena aperta, sanguis tam calidus profluxit, ut ægra de magno ardore questa. Causa ille mihi revoçavit in memoriam historiam ejusdam Nobil. feminæ in Styriâ, quæ intenso & clamore dextri pedis dolore exagitata, sibi alijs inconsultis, in majori digito pedis affecti venam incidi curavit, repentino cum levamento. Cum autem ægra nostra sepius in digito majore pedis dolorem tensivum quasi spasmodicum sentiret, oborta vesicula parva, eā aperta, aqua viridi promanaante, conquievit. Ergo etiam virulentia, aut acrimonia & vitriolica qualitas erat in culpâ.

## De doloribus variarum partium,

## OBSERVAT. I.

## Ex casu,

**C**um Laphemium evocatus ad Rever. & Nobiliss. Dn. Henricum de Welden/ Canonicum Augustanum, interea accedit, ut Dn. Mater ex lapsu circa coxam intenso dolore molestata in lecto decumberet, quidam Chirurgus inunxerat oleis, sed absque ullo leyamine. Ego circa vesperam eò pertingens, causâ cognita, cum forte ad manū haberem Empl. d. Melil. id linteo extensum applicare jussi. Cum diluculo surrexissem, conclave ingressus, per contan-

ti de successu, ipsa sereno ac subridente vultu mirificè extollebat illud Empl. dicens: È à se nocte sepius ad suos ministrandos, ô quam hoc est Emplastrum nobile, ô quam nobilis Medicus. È à matutina sola surgere & in tabula nobilcum prandere potuit, cum antea ne minimum se commovere querit, omni dolore levata. Idem in aliis ex casu doientibus, sepius magno cum commodo admotum, cum chirurgorum olea & unguenta frustrata.

## OBSERVAT. II.

**U**xor Dn. M. Petri Huberi dolore manus ex lapsu cum tabescens.  
tiā.

R. Ping. tash. 3ij. vulp. 3fl. ol. lauri.  
5vi. Juniper. ex gravilis. 3ij. M.  
Brevi restituta.

## Ex scarificatione profundā.

## OBSERVAT. I.



Um eadem fæmina immenſo dolore circa scapulas per totum brachium dextrum decurrente, ex scarificatione profundiore cauſato, scalpellō altius impacto, molestata, aliis non juvantibus.

R. Ol. humbr. terr. 3fl. ping. taxi, vulp. a. 3ij. M.

Inung. loca scarificata brachium autem inung. cal. aq. d. Hirund. cum cast.

## OBSERVAT. II.

## Ex defluxione.

**C**um eadem illa fæmina ingenti dolore brachii dextri die nocturna exagitata, ab humero incipientē, per totum brachium se extendente cum tumore, nec id elevare pos-

set, paucis diebus dolor sopus & tumor resolutus.

R. Empl. diacalcith. 3ij. d. melil. 3fl. M.

Linteo extend.

## OBSERVAT. III.

**N**Obil. Virgo Anastasia Braunſaldin/Styrensis, dolore brachii dextri discruciata, Empl. d. G.

Tacam. alutæ ext. apl. Eodem die liberata prout complures alii ex causa non calidâ.

## OBSERVAT. IV.

**D**N. M. Petrus Huberus, Eccles. Ulm. in summo templo intenso dolore lumborum à defluxione molestatus.

R. Medull. panis albi macer. lact. vac. post trajici. per cribrum aeneum, ad vit. ov. & cum but, rec. cun-

seq. ol. R. Ol. chamo. anerh. lil. alb. a. 3ij. lumbric. terr. 3fl. M. de quibus adde q. fl. pro una vice, cal. lnteo ext. apl.

Ilicid levamen sensit, & sepius celebravit, quoties ejus mentio incidit.

OBSER-

LIS. IV. OBSERVAT. V. VI. &c. 203

OBSERVAT. V.

**V**Idua Cramerin / 70. ann. dolore lumborum intensio, &c. ann. do- ping. cunic. 3ij. ol. Scorp. 3ij. M. Ilicè dolor placatus, **¶.** Ung. dialth. anodyn. an. 3ij.

OBSERVAT. VI.

**I**N dolore brachium & pedum placentia, hendi sterc. vacc. rec. cum ol. Ros- cando, sepius proficuum deprav. compl. f. cat. cal. apl.

OBSERVAT. VII.

**U**xor Nob. Dn. Marci à Laupzheim / Praefecti in Weissenhorn / gravida dolore in cruribus quasi convulsivo agitata, &c. Ol. Hirund. cum cast. 3j. aq. Ther. ceph. spir. lil. conval. a. 3ij. M. cal. inung. Egtegic contulit.

OBSERVAT. VIII.

**F**oemina Ulm. Uxor Merçat. im- mensio totius brachii dextri cru- ciatu à summo usque ad ipsum infes- tata cum ejulatione. &c. Ol. lumbric. terr. 3ij. ping. ca- nis. hum. tass. a. 3ij. M. Pro inunct. cal. confessim resti- tuta,

OBSERVAT. IX.

**Q**uidam Nobil. de Welden / à liberatus Empl. oxycroc. apl. multis chronicò brachii dextri dolore aliiſ frustaneis.

OBSERVAT. X.

**C**um duo Viri primates haud levi humerorum dolore diu infestati, nec ullis cederet remediosis, tandem hoc usurpato, vietas dedit manus, facta inunctione, smegmate dissolu-

**Q**uædam famina acerbo pedum dolore laborans, hoc mirè pro- fuit. &c. Ung. alabastr. anodyn. a. 3ij. ol. lumbric. 3ij. camph. gr. iij. M.

OBSERVAT. XI.

*De Balsami Peruviani præstantia in doloribus à causa  
frigida concitatis, placandis.*

Cc 2

In

**I**N omnibus doloribus nervosarum partium mitigandis & propulsandis, à causa frigida pronatis & à contusionibus concitatis, Balsamus Peruvianus pálmarum habere videtur, ob amicam & peculiarem facultatem nervos corroborandi & materiam inhaerentem resolvendi.

Cum quædam Pætricia ex sinistri lateris paralysia sat acerbo dolore per totam spinam dorsalem, in Genu, & digitis Pedis sinistri, exagitata, illis quasi motu spasmودico molestatis, tribus vel quatuor inunctionibus factis, immunitis ab omni molestia reddita. Exin cum esset vocatus ad quendam mercatorem dolore Ischia-

dico sat gravi decubentem, alijs unguentis frustraneis, memet illius Balsami, locum affectum calidè inungendum præcepi, magno cum solamine.

Cum quædam Virgo in manu dextra ex fuso punctim lœsa, à Chirurgo vulnere curato, cum dolor infestaret, & oleorum ab illo ordinatore inunctione in easum adhibita, Balsamo illo illita, restituta. Cum & ego ex contusione manus dextræ molestiam sentire, ultra mensem durantem, vix tria inunctione cessit. Experto credas, & pro tanta fidelis admonitione gratias agas.

### De Lue Gallica.

#### OBSERVAT. I.

#### De Cutis infectionibus.

**U**ædam fæmina tractus linensis, lue Gallicâ infecta cum crustis & excrescentia in ano, à Chirurgo per semestre tractata & cura lig. Guajaci in cassam adhibita, meo tandem consilio testituta.

**¶.** El. diaearth. conf. Ham. an. 3. B. pul. sen. lax. 3ij. f. B.

Per interralla s.  
¶. M. p. hermod. sur. coch. a. 3j.  
cum aq. beton.

¶. M. p. sur. coch. d. fumar. a. 3j.  
diagr. præp. gr. 3. cuth aq. fumar. 27.

¶. Lig. sancti. 3x. corr. 3j. fars. paril. 3ij. inf. triaq. 16. 12. dec. ad med. Resid. alt. 16. 12. dec. ad consumpt. 3.  
part. ad pass. 32. liquir. 3ij.

#### OBSERVAT. II.

**F**œmina Isnensis; hæc venera inquinata, pectori toto exulcerato cum crustis fædis, obstructis men-

struis per sesquiannum, præviis purgationibus.

¶. R. fars. paril. 3ij. lig. sancti. 3ij.

**Zij.** chin. zij. inf. in aq. lib. x. dec. ad Restituta & fluxus menstruus remed. col. Resid. aff. aq. lib. xv. dec. ad vocatus. consump. 3. part. col.

## OBSERVAT. III.

**Q**uidam Officialis Ulm. Gonorrhœa vitulonrā ac fadā, cum priapi exulceratione, & dolore ingenti, præterim si urina reddenda, duorum Medicorum consiliis frustaneis, à me feliciter est restitutus.

**R.** R. Enul. fanic. pétrol. Gario. a. 3ij. ab. card. b. beton. hyss. adiant. utr. a.m. b. fen. 3x. agar. tr. Rhab. a.

## OBSERVAT. IV.

**C**Um olim à prīcīs Medicis, in domo Gallicā, purgantia ex vegetabilium classe de prompta, felici successu usurpata, sed cum medicamenta chymica invalescerent, quidam laudis ac gloria stimulis concitati, Incl. Senatui persuaserunt, eorum usum eō loci introducendum, prætendentes, cum à Galenicorum administratione, non raro recidivam experiri contigerit, se beneficio hermeticorum, lue Gallicam radicem extirpaturos, ut omnis revertendi via præclusa, fides habita, & ex authoratis vegetabilibus, minevalia sunt substituta, ex Antimonio & Mercurio conflata. Sed vanajactantia, eventus septius non respondit pollicitis, quin recidiva se præsentat. Haud abs re quædam exempla referre. Quidam faber lignarius lue

**Zij.** Jalap. zij. crem. Tart. zij. pass. min. Jujub. & vest. an. zij. f. lic. pro mens. hydromel. dosis quart. B.

Impura materia mundificata, pro potu ordinatum decoctum per aliquid. lept. continuandum.

**R.** Lig. sancti zij. liquir. 3vi. pass. m. B. dec. in aq. pro potu quotidiano. Media laudata.

venereā contaminatus, in domo Gallicā ultra annum detentus, & per chymicā multoties ita evacuatus tantā violentiā, ut veritus, ne omnia vilcera interanea una exterminarentur, morbo non remissiore, sed intensiore reddito & gravioribus succendentibus symptomatis, proin anno clapsō se clam subduxit & aufugit, tolerabilius ratus, ergastulum corporeum circumferre, spurcie illa inquinatum, quam tam chronicam sustinere lanienam.

**2.** Quædam sexus fæminei ex lue Gallicā collum habens & vilceratum & fistulosum, intra tres quadrantes atri, duas curas sudoriferas sustinuit, 70. insuper vicibus per antimoniatam & mercurialia expurgata, magna violentiā, nec tamen tum plenariè fuit restituta. Mihi tum ista & au-

ditu & visu cognoscendi erant admiratio-  
nem, reperiri ullam Naturam hu-  
manam tam robustam, ut tantam  
torturam tam diu tolerare queat.  
Exin patescit, chymica & quæ ac ve-  
getabilia, præsertim si lues radicata,  
non semper morbo Gallico debel-  
lando, esse sufficientia, & si opus, in  
promptu (id jam lippis & tonsori-  
bus notum) commemorare multa  
exempla eorum, in quibus cura in-  
constans, quin non unâ vice, in uno  
codemque subiecto, recidiva secu-  
ta, ut nullam etiam prærogativam  
habere videantur, quo minus virüs  
gallicum revirescat, quin relicta mi-

nimâ uliginis portiunculâ, sensim  
latius serpat, & recidivæ occasio-  
nem præbeat, Exin Hieron. Mer-  
curialis toti Europæ cognitus Me-  
dicus, asséverare non dubitat, lucem  
Gallicam dare inducias, non pacem  
stabilem, cum sapientia multorum an-  
norum decursu, demum restorescat.  
Exin sponsores illi jaetabundi jure  
meritoque falsitatis coarguendi &  
ipſa iurisprudēcia convincendi. Eā de cau-  
ſâ defunctis illis authoribus, & ob  
violentam Hermeticorum opera-  
tionem, Chymicis eliminatis, vege-  
tabilia denuò in usum sunt revocata,

### De Scabie.

#### OBSERVAT. I.

**S**ECUNDUM Uidam Officialis Hier-  
onim. dissentit pectora pversa chro-  
nicâ, scabie siccâ crûstosâ  
totum corpus occupante,  
laborans, supèctus de infectione le-  
prosa, ideoque Ultimam ad exploran-  
dum ablegatus, inspectioni subje-  
ctus etiâ dignus visus, ut à consortio  
humano separatus, in leprosorium  
amandaretur, cum autem percontra-  
rer, utrum aliquam tentare curam  
velit & sumptus im- endere, affir-  
mavit, obtestando ad quidvis expé-  
riendum se benevolum: rescripsi  
ipsius Generosis, ut prævils purga-  
tionibus malsâ sanguinea à fallis,

deutis & corruptis humoribus de-  
puratâ, & ventrectione administra-  
tâ ad eventilandum, post in acidulas  
Iberkingenes ablegaretur, eas per  
dies 14. potando, deinde per tres  
septimanas balneando: siquidem  
ista cura ex voto non succederet,  
tum ipsum sine illâ tergiversatione,  
in leprosorium fore relegandum.

Seq. à me sunt præscripta:  
R. Conf. Ham. 3ii. El. ros. mes.  
3ii. lyc. ros. sol. dialet. a; 3ii. dec. fl. &  
fr. cùm fol. sen. 3ii. f. p.

Venæfæctio Epatica. Ad ulterio-  
rem mundificationem sanguinis.

R. R. cich. enul. Garyo. a. 3ij. herb.  
abs.

abs. rom. cārd. b. cēnt. min. hyll. cuiſe. tulisse referebat, & tandem acce-  
diat, uer. a. p. i. fol. ſen. ſ. ſ. 3x. agac. dente uisu acidul. prædicto mode,  
tro. Jalap. a. 3ij. Rhab. 3iib. dact. ſe- plenariē fuit restitutus, ultra 4. jam  
best. a. 3iib. gal. 3i. f. lac. pro mens. vini. annos nulla recidiva.  
quart. 3. provice. Sibi optimē conc-

## OBSERVAT. II.

*Cucurbitularum cum scarificatione uſus in ſcabie proficuus.*

**Q**uantopere exorbitent Medici Itali & Galli, non tantum in Venaeſectione, ſed & in cucurbitularum per ſcarificationem applicatio- ne, copioſum ſanguinem emitten- do, uno atque altero notabilis exem- plo libet manifestare. Cum quidam

Patricius Ulm. Genevæ lingua Gal- licæ addiſcenda causâ commoratus, Scabie infectus, coſilio Medicorum unā vicè 18. cucurbitulæ, in di- versis corporis extimis partibus af- fixa.

Cum Dn. Marcus Müllerus Ulm.

adhuic tñlebs, Venetiis Mercurio addicteſ, Scabie inquinatus, Medi- corum ſualu, ipſi 24. cucurbitulæ admotæ, auritus ego ſim testis, ex ejus ore percipiens, & ambō faſili ſuccelli, à ſpurcie illa immunes redditi.

Eti curæ illæ ad nutum ac vo- tum, non minus ſi quipiam Medicus conſimilem medendi proceſsum apud nos inſtituere appetaret, morbo Bellorephontæ agitari ju- dicaretur, nec ullum obſequium ſperandum.

## OBSERVAT. III.

*Cure ex lignis ſudoriferæ ſcabiosis quam ſint noxiæ.*

**Q**uidam Studiosus Ulm. totius Scabie ſiccâ infestatus, cum & corporis conſtitutio calidior obtigif- ſet, in nosodochio gallico curæ ſub- jectus, cui Medicus tum illic ordi- narius talia præſcripti remedia.

Primo: 3. R. chin. 3iib. Inf. 3b. 4. aq. dec. ad med. pro haſtu ſudor. Refid. aff. aq. 3b. 4. dec. ad naed. pro potu.

Cum iſta cura voto non reſpon- deret, ad validiora ſaltum fecit.

3. R. chin. 3. ſ. paril. a. 3vi. lig. ſallaftr. R. rhod. cith. ſcurzon. a. 3j. Infund.

Infund. in aq. 15. 12. dec. ad consump.  
z. part.

Ab ista infastā & insipiente curā, miser ille æget in toto corpore adeo inflamatus, ut à curā delitescendum, & acerbam traducere vitam sit coactus. O quam infortunati ægri, quibus contingit incidere in manus Medicorum, tam inconsideratè procedentium. Si in decocto Chinæ justa proporcio ad aquam observari, sumendo ʒj. vel ʒiſ, aq. 1b. 12. fortassis cura innoxia: cum Hercules Saxonica insignis praetorius Patavinus referat, in luc Gallicæ curandæ, sibi experimento cognitum, si R. chinæ ultra ʒij. infund. in aq. 1b. 12. dec. ad consump. z. part. magnam ~~parasit.~~ internam concitatam. Sed Medicus praedictus accepit R. chin. ʒiſ. & aq. 1b. 4. tantum decoq. ad med. Cum nihil proficeret, alcedit ad duplo fortius & calidius decoctum.

Casus ille ab improvidentiā causatus, Medicis præterim junioribus albo calculo est notandus pro cautela, & incitamento, ad circumspicuum agendum,

Quin in aliis etiam pectoris & lepræ Græcorum desideratis, tam infastum curæ eveniūm observare

#### OBSERVAT. IV.

PRO Nob. Juvene Truccesio Alſa-  
toſcabiſo.

R. Tereb. lot. aq. roſ. ʒiſ. but. rec.

ʒj. ſuc. limon. ʒx. ol. roſ. ʒiſ. vit. i. o. fulph. vivi. ʒij. lith. ʒij. incorp. inſtar nutriti.

OBSER-

## OBSERVAT. V.

**I**N Scabie siccâ & serpig. plurimùm  
confert. **R.** Ung. al. camphor. ʒ. β. ol. Tart.  
ʒ. β. vel plus.

## OBSERVAT. VI.

**I**N Scabie siccâ cum pruritu Viri  
Senatoris Uilm. etiam balneis fru-  
straneis. Scarif. cum cucurb. apl.  
**R.** Ung. d. lith. ʒij. d. plumbo.  
ʒij. M. Etiam aliis contulit.

## OBSERVAT. VII.

**U**xor Civis Uilm. fædâ Scabie sic-  
ca in facie rest. **R.** Ung. al. camph. ʒij. Mer. dulc.  
ʒ. β. vel plus M. in mort. marmor.

## OBSERVAT. VIII.

*De Serpentine humidâ longè lateque graffante.*

**Q**uædam Virgò plebeia 24. an-  
norum corpulenta, diu serpentine  
humidâ & fluidâ infestata, sub alâ  
dextri incipiente, & sat amplum  
spacium pectoris occupante, ichore  
feroso ac pruriginoso stillante, aliis  
in cassum adhibitis, sequenti un-  
guento, prævia corporis convenien-  
ti purgatione, est liberata.  
**R.** Ung. d. litharg. diapomphol.  
a. ʒij. ol. Tart. ʒ. β. M.  
Egregiè contulit.

## OBSERVAT. IX.

**C**um quidam Secretarius totius  
Scabie siccâ molestatus, in acidu-  
las Gôppingenses profectus, bal-  
neando & potando, menstrui spa-  
cio, nihil profecisset, consilii cauſa  
me accessit, cui ordinavi.  
**R.** Ung. contra Scabiem puer-  
rum Augustan. ʒ. β. vng. de liquirit.

**D.** Minder. ʒij. ung. d. Litharg. ʒij.  
ol. Tart. ʒ. β. M.  
Egregiè contulit. Id in psoricis  
affectionibus, præsertim si calidior &  
siccâ dyscrasia præsens, & pruritus  
molestus, multis aliis, ob singularem  
inveniatur, præferendum & tutissimum  
judico.

## OBSERVAT. X.

**P**ro Scabie in facie. **R.** Ung. diapomph. ʒij. d. plumbo. ʒj. Mer. dulc. ʒj.  
M. vel ʒ. β.

Dd

OBSER-

## OBSERVAT. XI.

**P**RO facie fædâ Viri Ulm.

*R. Ung. d. plumbo. 3vi. álbi  
camph. d. lith. a. 3ij. M.*

Prius assump.

*R. Pil. d. fum. 3ij. coch. aggr. a. 3j.  
diagr. præp. gr. 3. cum aq. fumar. 27.*

## OBSERVAT. XII.

**P**RO capite crustoso.

*R. Ung. pomad. 3ij. Mer. dulc. 3ß. M. in' mort.  
marmor.*

## OBSERVAT. XIII.

**P**RO Illustri puello facie fædâ, la-

*cteâ crusta, admitigandam acri-*

*R. Ung. Rol. 3ß. infrig. Gal. 3ij.*

*muc. sem. cyd. ex aq. plant. 3j. M.*

*moniam & fervorem.*

## OBSERVAT. XIV.

**U**XOR Civis Ulm. primarii & per aliquot annos caput tineolum fædis crustis obductum habens tandem meo obsequens consilio, fuit restituta, jam ultra 20. annos salva. Prius corpore depurato à falsis humor.

*R. M. p. s. quib. 3iñ. aur. coch. a.  
3j. Ex. cath. 3ß. cum aq. beton. 27.*

Post: *R. R. pol. q. 3ij. fænic. pe-  
tros. eryng. an. 3ij. herb. beton. abs.*

hyff. anth. citrar. chamaed. a. p. i. fol.  
sen. f. f. 3j. agar. tro. 3ij. Rhab. 3ij.  
turb. al. 3iñ. gal. 3ij. f. fac. pro mens.  
hydromel. ad cristal. tart. 3iñ.

Cura sudorif.

*R. Rad. sars. paril. 3ij. lig. f. 32.  
Chin. 3ß. aff. aq. 1b. 12. inf. h. 24. dec.  
ad med. f. h. sudor. Resid. aff. aq. 1b.  
12. dec. ad consump. 3. part. in fine ad  
pass. min. mund. 32. liquir. 3ij.*

## OBSERVAT. XV.

*Defæminâ capite Tineâ siccâ totaliter obductâ, cum  
totius corporis Scabie.*

**Q**Uædam fæmina pagana subdita Fuggeriana, cum Tineâ siccâ crustosâ totum caput obductum cum capillorum totali desluvio, insuper universali totius corporis Scabie siccâ conspurcata, ob tam fædum & abominandum contuitum, pro

leprosa habita, exin Uilmam ablegata ad explorandum, inspectione perfectâ, talis censura Dn. Praefecto erat transmissa. Illam ob tam terrum asperatum & malum contagiosum, in contubernio sanorum haud tolerandam, eò magis cum sit muliercula pauper-

paupercula, omnibus præsidiis destituta, si sumptus suppetenter, ad luscipiem convenientem curam, faciendum periculum, si ea frustranea, tum è consortio humano extermindam, & in leprosorium amandam. Accepto & perlepto meo rescripto, illa denuo cum literis Praefecti ad me venit, quibus meum requisitum consilium ad ordinanda temedia proficua.

Primo ad corpus à spurcicie humorum serosorum ac corruptorum ac deustorum depurandum præscripta potio lax.

¶. Confect. Hamech ȝv. syr. ros. sol. diaer. an. ȝvi. dec. fl. & fr. cum sol. sen. ȝiȝ. f. p.

Post pro Timeâ crustosâ totum caput obidente abigendâ.

¶. Lapatii acuti cum toto fumar.

malv. a. m. i. fabarum exhort. m. ȝ. furfurum. m. i. decoq. in lix.

Quo per aliquot matutinas caput clotum dehinc, seq. unguento illuminatum.

¶. Tereb. aq. ros. lot. ȝx. ung. ros. ȝiȝ. M.

Elapo oëtiduo, ad me rediens, mihi ostendit caput denudatum, id totum puru apparuit, ne minimum residui, de Timeâ. Tam subitus & insperatus remediorum illorum effectus erat mihi admirationi, eò magis cum ægra referret, odorem unguenti penetrantis, se perquam diu, in ipso ore sensisse. Exin ad Scabiem arcendam, in Acidulas Göppingenses profecta potando & lavando perrexit, cum per mensem illiç morata, ad me revera, se spectandam præsentavit, ab omni immundicie & sordidie immunis apparuit.

#### OBSERVAT. XIV.

*Quæstio decisâ, utrum carnis ovine, esus si oves scabie infecta, innoxius,*

Qaestio & controversia inter lanrios & alutarios orta, utrum carnis ovina esus, si oves Scabie infectæ, homini sit innoxius, illis affirmantibus, his autem negantibus, ita fuit decisâ, rejectâ illorum opinione velut erroneâ, horum autem assertione tanquam rationi consentaneâ comprobata. Etenim si pellis

Scabie inquinata, caro itidem impura est estimanda, cum fons & causa effetrix massæ sanguineæ statuenda, ipsum Epar, siid recte dispositum, ac temperatum, sanguinem probum ac laudabilem solet progenere, sin verò devergat ad ullam intemperiem, præsertim calidiorem & sicciorum, vel prava sit infectum

Dd \*

quali-

qualitate , exin virtiosi ac corrupti humores pullulare in proclivi est , quos Natura cum ad nutritionem inepti sequestrare & à massa sanguineal separare consuevit , eos per venas velut tubulos , à centro ad circumferentiam , propellens . Cum igitur ovis scabiosa , facilis conjectura , sanguinem in venis insimul pravis humoribus inquinatum , qui ex venis capillaribus extillantes , se in carnem & cutim insinuantes scabiem concitant , cum regulæ illæ philosophicæ per quam verè : qualis causa , tale causatum : qualis materia , tale materialatum : quale alimentum , tale alimentatum : exin à pravo sanguine , caro haud proba provenire potest & consequenter talis caro infalubris , varia morborum genera causare solet . Etsi quoad externam speciem , scabies in exteriore cute , tantum hærere exi-

stimari queat , sed rationi consonum , cum virtiosi humores in venis collecti & coacervati , dum Natura copiâ & malâ qualitate irritata eos propulsat , & ad extimam cutim depositit , cum pelle , ipsam etiam carnem contaminaram . Id quod ipsa quoque *autochia* ostendit , dum alutarii , excoriantes oves scabiosas , carnem admodum tumidam & ichorosam , serosis humoribus inquinatam deprehenderunt , corruptelam indicantem .

Etsi vero interdum contingat , ut oves per caysam externam & contagium inficiantur , non diu autem scabies in solâ cute hæreret ac subsistit , sed ulterius grastatur & interius serpit , ut sensim ac pederentim , ipsa etiam massa sanguinea , labem concipiat .

---

### De Tumoribus, OBSERVAT. I. *Genæ dextræ ex calidi defluxione resolutus.*



Um Uxor Dn. Johan. Clausii , mercat. Ulm. ingenti dolore capitidis & immenso tumore Genæ dextræ , à calidâ defluxione molestata adeò ut agrè juscum deglutire potis , aliorum conjectura , & etiam mea censura ,

videbatur adesse apostema seu abscessus , cum malum jam durasset per octiduum , in vigore ac summo statu consistens , ut ob doloris vehementiam , vix amplius tolerandum , tamen demum me accersiri curavit . Ad demulcendum dolorem capitidis , totum pericranium inunctum ung. Alabastr.

bastr. & linteum dupl. eo illitum fronti & temporibus apl. cum luculentio levamine. Tumori foris ad moveri jussi catapl. ex farinâ panis albi, **Wecken** dicti, cum lacte in cacabo orichalceo ad formam pul- tis redactum, ad vit. ovi & 1. vel 2. cochl. de seq. ol.

**R.** Ol. chamo. ros. compl. an. 3j. amyg. d. 3vi. lumb. ter. 3ß. M. cal. apl.

In ore continuendum de istâ mix-

trâ: **R.** Aq. scab. plant. a. 3iij. syr. Ju- jub. pap. errat. a. 3iij. M.

Pro calore & dolore mitigando:

Cum vesperi illud catapl. linteo densè inductum & toti tumoris cal. admotum, eâ statim nocte optimè dormivit (cum antea anxia & querula, ne gravior nox & *affyuris* secura) dolor & tumor, non sine admiratione recessit, nec ad maturationem venit, cum inopinato ac subita- neo levamento.

### OBSERVAT. II.

#### *Genæ sinistre inflammatio ex sanguineâ defluxione, in abscessum versa.*

**U**XOR Rever. & celebrat. Dn. D. Cunradi Theodorici, Superint. Ulm. malæ sinistre inflammatione, ex sanguineâ defluxione causata, molestata, ingenti tumore, ut pœnè nihil deglutire, nec loqui posset, Exterius apl. catapl. ex medul. panis al. **Wecken** diff. in lact. redig. ad formâ pultis ad vit. 2. ov. ol. ros. compl. 3j. viol. chamo. lumbric. ter. a. 3ij. M. Rupto apostemate magna copia pu-

ris ad dimidiâ mensuram, per os profluxit. Pro absterfione & consolidatione.

**R.** Aq. prunell. plant. scab. a. 3ii. mell. ros. 3j. diamor. 3vi. M.

Pro Garg. cal. usurpando. Post sumendum:

**R.** Diamor. & mell. ros. a. M.

Brevi curata. Noluit uti opera Chirurgi, verita sinistrum medendi processum.

### OBSERVAT. III.

#### *Grandis tumor Genæ dextræ in abscessum definens.*

**F**ilia Dn. Danielis Marii, Præfecti Ædilitii Ulm. immenso duro tu more Genæ dextræ, adeò, ut tam grandem se non vidisse Chirurgus

Hospitalis Ulm. ipse fassus, ex defluxione serosorum humorum.

Primo ordinavi catapl.

**R.** Herb. malv. alth. viol. a.m. 2.

Dd 3

fl. cha-

fl.chamo.m.i dec.pist. & cribell.ad.  
far.tritic.q.ß. ad. ig.f. empl.sol.ad.  
but.rec.ʒ2.ping.porci rec.ʒiſ.vit.2.  
o. ol.amyg.d. ʒj. f.cat.linteo ext.  
cal.apl.

Intra unius diei ſpaćium, cum o-  
mnium admiratione, tumor fuit re-  
ſolutus, relicto tantum nodo paryo  
in fine Genæ, cui apl.

℞. Diach. l. ʒj.diach. cum Guñi,  
ʒvi.de melil. ʒb.M.

Ad maturationem venit eo abſceſ-  
ſu rupto. Chirurgo negocium erat  
comiſſum, à quo per 7. septima-  
nas traſtatus curari non potuit, cum  
oblongas turundas unguento illitas,  
neglecto meo conſilio de relinque-  
dis, inſerviſſet, & ita impedimento,  
ne carniſ materia pullularē & con-  
ſolidatio fieri poſſet. Tañdem iis di-  
motis, ſolo priore Empl. apl. intra-  
dies paucos coaluit,

## OBSERVAT. IV.

*Mammilla dextræ dolore & tumore in ſigni ex de-  
fluxione calidâ.*

**U**XOR Dn. Episcopi mercat. Ulm.,  
ingenti dolore Mammilla dext-  
ra infestata ex affluxu humorum  
calidorum, ut cum lachrymarum  
imbre obteſtata mitigationem,  
℞. Fol. malv. viol. a.m.i chamo.  
m.ß. dec.pift. & cribell. infund. me-  
dul. panis al. **Wecken/** ib. i. ad ig. f.  
empl. sol. ad. ol. roſ. compl. ʒ2. ol.  
chamo.but.rec. a. ʒiſ. vit. 2.o. f.cat.

Dolor ſopitus & inflammatio de-  
ſit in abſceſſum abiens eo aperto,  
mundif.

℞. Tereb. claræ. ʒj. mel. roſ. col.  
ʒb. fer. hord. tritic.a. ʒiſ. M. cum fal-  
dellis imminifum.

Cum restaret durities circa papil-  
lam instar ſemifirchi.

℞. Empl. diach. magni, d. Melil.  
a. ʒb. M. & refoluta.

## OBSERVAT. V.

*Tumor in lumbis magnus in abſceſſum cverſus.*

**Q**Uædam femina Ulm. in lumbis  
magno tumore exorto, & do-  
lore laborans, à Chirurgo ita traſta-  
ta, applicato empl. ex G. ammon,  
exin multò intenſior dolor concita-  
tus cum magna ægræ querelâ, tum  
ego in ſubſidium adyocatus.

℞. R.alch.lil.alb.a. ʒij. malv.m.i.  
caric. ping.v.dec.pift. & crib.ad.far.  
tritic.m.i.lem.lini. frenugr.a. ʒj. ping.  
porci non fal. ʒij. but.rec. ʒj. vit. 2.o.  
f.cat.

Primo apl. Empl.diach. l.desuper  
illud catapl. linteo inductum appon.  
Sine

Sine dolore ad maturationem, tamen vituperio. Exinde appetet, quam invertit, cum mei nominis encomio, consideratē s̄epius procedant etiam Chirurgi autem alias haud imperi- majoris famae Chirurgi.

## OBSERVAT. VI.

*Tumor ingens Erysipelaceus totius dextri cruris  
resolutus.*

**U**XOR Dn. Martini Neubrunneri, Civis Ulm. primarii, tumore Erysipelatoso immenso totius dextri cruris a summo ad imum, cum insigni inflamatione & rubedine, ut metus de gangrenā, & spectanti metum incuteret, & me ambignum redde- ret, quibus mediis succurrentum:

felici utriusque Fato, bono Genio aspirante, à me ordinatum lac virgi- neum secundum descript. August. dispensat. ex alum. lith. & aceto, lin- teis imbutis & expressis cal.apl. cum admiratione brevi calor extinctus cum resolutione tumoris & rube- dinis.

## OBSERVAT. VII.

*Tumor Erysipelaceus cruris dextri in abscessum  
mutatus.*

**F**ilius Civis Ulm. primarii Erysipi- pelate cruris dextri tentatus ex af- fluxu sanguinis ichorosi, in abscessum terminata valde profundum.

R. Fol. mal. alth. a. m. 2. R. alth. ſj. fl. chamo. m. b. dec. pist. & crib. ad. far. critic. q. b. ad. consist. sol. ad. ping. porc. ſiſ. but. rec. ſij. ol. amyg. d. ſj. vit. 2. o. f. cat. prius apl. Empl. diach. f. desup. car. appon.

Maturo & aperto abscessu, qui- dam Chirurgus usus unguento fu- ſco, interdum admisto unguento

Ægypt. majoris abstersionis causā, cum turundis inferris. Cum & varia Empl. exterius admota, nec in crure locus exulceratus coalesceret, ob- stante ſordidā ac purulentā mate- riā: à me ordinatum Empl. divinum secundum descr. dispensat. August. Primā statim applicatione, adhæſit copiosa ſordidies abſterſa & caro pu- rior apparere cœpit: postea apl. Em- plast. d. Gratia Dei Augustan. Intra paucos dies coaluit, cum Chirurgi opera tamdiu inſtruenda.

OBSER-

*Tumor sat magnus rubeus manus dextræ cum immenso dolore resolutus.*

**N**obil. Eques Austriacus sat magno tumore rubeo cum ingenti dolore manus dextræ afflatus.

R. Sterc.vac. nig.rec. q.ß. cum ol. Ros.compl.f.cat.cal.apl.

Eâ nocte calor & dolor mitigatus. Pro residuo tumore;

R. Cer. diapal. 3j.empl. d.Melil.  
3ß. ext. linteo apl.

Intra biduum evanuit.

Pro potu: R. Sem.cor.præp. 3jj. liquir. 3ß. pass.m.ß. dec.in Mens. iß. aq. in fine ad cinnam. 3jj. est jucundiss. 2. Syr. Rib. 3jj. berb. 3jj. d. rubbo Idæo. 3vi. M.

## OBSERVAT. IX.

*Tumor Scroti aquosus resolutus.*

**F**ilio sexenni Viri primarii Ulm. Scrotum à dysenteria, valde intumuit & adeo inflatū & pellucidum, forma grandioris pilæ, ut aqua conspicua,

Inung. ol. chamo, cal, post apl.

R. Empl.d.bac.lauri cum sterc. capr. 3jj. d. Melil. 3vi. M.

Et resolutus.

Pro potu, usus dec. sem. anis, fænic. carvi. R. petros. multum urinæ redditum,

## OBSERVAT. X.

*Manuum Tumor resolutus beneficio Nicotianæ.*

**U**xor Civis Ulm, plebei chronicu- utriusque manus sat grandi tu- more infestata, ope medicæ frustaneæ, tandem pul. Nicotianæ per na- res attracto, in integrum restituta. Exin reluet, intumescentiam illam originem traxisse, à serosis humoris-

bus à capite depluentibus & in manus se insinuantibus: interdum recidiyam passa, reiterato illo pul. tumor denuò recessit. Pauci Medici, id primâ fronte possibile credidissent, sed Experientia multa mon- strat, quæ Rationi repugnantia,

De

## De Tumoribus duris.

## OBSERVAT. I.

**Q**uidam Scholaris Kauff-  
beir. circa talum pedis dex-  
tri habens tumorem du-  
rum, instar natæ,

R. Empl. diach. Gumm. ʒvi. simpl.  
ʒβ. M.

Apl. quoties dimidium  
quasi rore conspersum, apparuit.

## OBSERVAT. II.

*Tumor Mammillæ dextræ scirrhosus resolutus.*

**C**ivis Ulm. Mercat. Uxor Mam-  
millæ dextræ tumore scirrhoso  
chronico detenta, ut suspicionem  
cancri præberet, aliis frustaneis,

etiam Empl. d. Ranis sine Mer. sed  
hoc resolutus.

R. Empl. diach. mag. d. Melil. ce-  
roni. ʒij. G. a. mon. in ac. dif. ʒβ. M.

## OBSERVAT. III.

*Tumor durus circa Guttur resolutus.*

**Q**uidam Praefectus Dn. Dn. Fug-  
ger. tumore duro circa regio-  
nen Gutturis molestatus, cui primo  
ordinavi.

R. Empl. diach. cum Gumm. ʒβ.  
d. Melil. ʒij. M.

Sine ullo levamine: at seq. intra  
paucos dies fuit resolutus.

R. Empl. diach. Gumm. ʒβ. ce-  
ronei. ʒij. M.

Idem contulit in tumore duriore  
scroti.

## OBSERVAT. IV.

*In Genu resolutus.*

**F**ilius Dn. Joh. Jacobi Clavisi, Se-  
natoris Ulm. insigni tumore du-  
ro in Genu dextro detentus varia  
unguenta & Emplastra applicata si-  
ne ullo fructu, cum genu contra-  
ctum, ut pedem extendere & ingre-  
di non posset, Parentes erant anxi  
& mihi sollicitudinem ac metum in-  
jecerunt, ut dubius quid agendum;

tandem aspirante cælesti Numine,  
succurrerit istud.

R. Far. fab. hord. an. ʒij. furfur.  
benè tritum. m. j. sterc. capr. tritum.  
ʒij. chamo. melil. triti. a. m. ʃ. cum  
lix. & sapa fiat. empl. sol. ad. ol. cha-  
mo. aneth. a. ʒij. M.

Intra paucos dies verendus ille  
tumor est resolutus.

Ec

OBSER-

## OBSERVAT. V.

*Tumor Gutturis resolutus.*

**P**Uellus quadriennis tumore Gutturis laborans cum vocis raucedine. R. Pul. sen. Mech. al. a. 3ij. crem. Tart. 3ij. f. p. cum hydromel. Altera vice ad. diat. cum Rhab. 3ij. R. Ireos. gal. a. 3ij. pul. satur.

herniar. a. 3ij. piper longi, spic. nard. Nuc. muf. cinnam. an. 3ij. myrrhae. 3ij. alum. usci. 3ij. lacchi. ros. tab. ad pondus om. f. p. 3ij. cum vino. Et restitutus.

## OBSERVAT. VI.

*Verruca lata instar calli in pericranio exarescens.*

**Q**uædam Virgo in pericranio circa occipitum verrucam habens indies magis & latius serpente, ut sat amplum spacium occuparet, & dura

instar calli. R. Empl. diach. cum Gumm. 3ij. oxyroc. 3ij. d. Melil. 3ij. M. Brevi exaruit & decidit.

## OBSERVAT. VII.

*Verruca ablata per ligaturam.*

**Q**uædam honesta Matrona gran- diorem & oblongam habens verrucam circa nates, ea constricta filo serico, indies arctius contrahen-

do, dum decidit: ne autem repullu- ret, ol. antimon. penia intincta tacta.

## OBSERVAT. VIII.

*Verrucae in media lingua absimpte.*

**Q**uidam Scholaris ex Palatinatu, Praefecti Filius in convictu Praeceptoris Ulm. cum in media lingua verrucae molestantes, Chirurgus primò usus suā aquā ex tart. &

viridi æris, sine successu, post pro- gressus factus ad ol. antim. cum nec id proficuum, suasi ol. vitrioli & a- vetruncatae.

## OBSERVAT. IX.

*Unguentum in verrucis expertum.*

**I**N labio & aliis partibus si ha- reant.

R. Ung. al. camph. 3ij. ol. Tart. 3ij. vel 3ij.

De

## De Ulceribus.

## OBSERVAT. I.

*Ulcerat tuberosa & sinuosa in capite favina  
quomodo curata.*

**H**ilia Virgo Pæceptoris Classici Ulm. tria uleera tuberosa & sinuosa in pericranio favina habuit, 4. Medicorum & 2. Chirurgorum consilia eò erant directa, ea curari alia ratione non posse, ni cruciatim rescindantur, quo omniū confluxus pataret: Parentes comoti ac territi, ne illa tantos cruciatus sustinere cogatur, cuiusdam suauu ad me etiam deducta, ut meam explorarent sententiam. Obtuli fidelem operam, modo ipsi obsequium praestare vellint, opus esse maturantibus, tubera illa in pus convertenda, post maturationem mundificanda, & consolidationem Naturæ committendam.

Exterius ipsis tuberculis grandioribus apertis, sed siccis, nullam adhuc saniem fundentibus apl.

R. Empl. diachyli L. 3. diach. cum Gumm. 3 vi. M.

## OBSERVAT. II.

*Frons exulcerata pœnitota, carne ad os absumpta restituta  
Chirurgorum opera annua frustranea.*

**C**um Dn. M:Holland, Pastor Nobil. Dn. Jodoei Jöbstlin / in Styriâ superiori, meum desideraret

consilium, in chronicō suo affectu, mihi ostenderet denudatam frontem, ultra medietatem, ad nasum usque,

Ee 2

que,

que, ab acribus corrodentibus humoribus exesam & absumptam, ut ossa conspicua. Ultra annum spaciū Chirurgorum operam expertus est irritam, ego tum consului & proposui dec. sarsæ paril. sed istam curam, alias valde proficuum, tum neglexit. Interea contigit, ut ingruente Religionis reformatione, ipse etiam exul Ulmam venerit (quo & ego vix per semestre prior concesseram) memorem mei consilii preceperit inobedientia, dum ob fadum & abdominandum contuitum, omnes suos oculos averterent, & cum inter exterios diversandum, erat impedimento, quo minus ad functio-

nem Ecclesiasticam promovendus: idcirco denud me accessit rogitans, de curā suscipienda, debitum promittens obsequium. Quæ talis fuit:  
R. sarsæ parill. 3. 4. lig. s. 2ij. inf. in aq. font. lib. 12. per h. 24. dec. ad med. col. p. o. sudorif. 3vi. manē & vesperi. Resid. aff. aq. lib. 12. dec. ad consump. 3. part. pro potu.

Exterius apl. Emp. d. Gratia Dei secundum dispens. Augustan. Intra mensem cum multorum admiracione plenariè fuit restitutus. Illud Empl. mirificam vim exeruit, quies amotum, erat q. oblitum materia purulenta.

## OBSERVAT. III.

*Ulcus sordidum in Indice manus dextræ.*

**F**oemina plebeia habens in Indice manus dextræ ulcus sordidum, ultra mensim à Chirurgo tractata, indies malo in deterius vergente, ut metus impenderet de corruptelâ digitii, meum consilium expertenti,

ordinavi ung. aureum cum faldellis imponendum, & exterius apl. empl. diach. s. cui semper copia materiæ purulenta adhaerit, & intra 10. dies restituta.

## OBSERVAT. IV.

*Ulcus in Inguine putridum sanatum, Chirurgi opera irrita.*

**P**uer decennis Viduæ Ulm. filius, contumaciter resistebat, tandem Mater illius me obtestata, filium visitare & salutare consilium communicarem, accedo, inspicio, corpore prius expurgato.

R. Tab.

¶ Tab. diat. cum Rhab. 3ij. f. p. 1. hydromel.  
exh. cum hydromel.

Larga operatio secuta.

Post: R. R. polyb. q. 3ij. cich. fe-  
nic. Garyo. a. 3ij. herb. hyss. card. b.  
abs. rom. beton. cent. min. adiant. utr.  
cusc. a. p. i. fol. sen. s. 3j. ag. tro Rhab.  
a. 3ij. sem. anis. 3j. f. lac. infund. Mens.  
super diach. s. apl. Brevi convaluit.

Alternis diebus quart. 5.

Ad putrilaginem removendam  
& mundif. usus ol. antimonii, pluri-  
mum præstitit, ea abstersa, unguent.  
mundificans supra in prima observ.  
ex tereb. cum faldellis insertum, de-  
a. 3ij. sem. anis. 3j. f. lac. infund. Mens.  
super diach. s. apl. Brevi convaluit.

### OBSERVAT. V.

*Sub ala sinistrâ ingens ac profundus abscessus  
feliciter curatus.*

Cuidam Matronæ ex subitâ de-  
fluxione sub ala sinistrâ ingens &  
profundus abscessus emersit, eo dis-  
rupto, magna copia materiae albico-  
cantis instar lactis promanavit. Ma-  
ritus alias ipse medicinæ peritus, &  
Alchymia deditus, accessit M. Kol-  
bium tonsorem domus Gallicæ, ca-  
sum uxoris exposuit, id responsi de-  
dit, intellecto, quod materia albico-  
cans copiosa proflueret, tales ab-  
cessus esse malignos & contumaces,  
si h. 300. promitteret, ut intra  
semestre sanaret, nihil certi se posse  
polliceri. Re mecum communicata,  
obtuli meam operam, modò pro-  
spiceret de Chirurgo, qui applicaret  
a me ordinanda. Præscriptum ung.  
in superiori primâ observat. ex Te-  
reb. consignatum, turundæ illitum,  
inferendum, foris Empl. diach. s. ad-  
moto. Intra 7. septimanas integrata-  
ti restituta.

Summa rerum in curandis ulceri-  
bus & abscessibus, si per convenien-  
tiam.

tia abstergentia mundificantur, si  
pura ac munda à sordibus, Natura  
ipsa post carnem generare & conso-  
lidare solet, obitaculo illo dimoto.  
Illud etiam probè notandum, ne, si  
Natura sanguinem, vélut balsamum  
generandæ carnis, producat, nimis  
validè abstergentibus & exiccati-  
bus utamur, quæ massam illum san-  
guineam, adhuc tenellam absumen-  
do, remorantur, quod minus cavitas  
ulceris repleti & coalescere queat,  
& ita cura in multis menses protra-  
henda. Id quod multoties vel impe-  
ritiæ chirurgorum contingit, vel de  
industriâ lucri causa, factitare so-  
lent. Complures à me brevi tempo-  
ris curriculo restituti, qui à chirur-  
gis per multas hebdomadas, imò  
mensis in cassum tractati, errorem  
observavi consistere, in validè exic-  
catibus & remoram injicientibus,  
dum Baltam illum Naturæ ab-  
sumunt.

Ecc;

De

---

De pediculis necandis & profligandis.

OBSERVAT.

*Si in capite.*

**Q**uidam Nobil. Scholaris Styrus  
in convictu Ulm. totum caput  
habens pediculis confertum, aliis in  
cassum adhibitis, sequentibus à me  
ordinatis (ut & alii) unicā nocte, à  
vermibus ilis Syllanis, liber evasit,

Circa vesperam toto capite obli-  
to oleo spicæ, post vittâ operto &  
per totam noctem relicta, mane au-  
tem abluto lixivio decoctionis spicæ  
seu lavendulae, omnes mortui &  
profugi.

---

De Sphacelo affectis, quibus crura resecta.

OBSERVAT.

**N**emo mortalium tam ex-  
celsi gradus, quin despica-  
tissimis ac vilissimis mor-  
bis sit obnoxius ac subje-  
ctus. Fridericus III. Imperator ni-  
mio melonum esu in morbum chro-  
nicum incidit, cui in alterutro crure,  
Sphacelus succedit, id resectum in-  
tuitus, qualivit ex altantibus, quid  
Cæsar differret à rustico, responsum  
ipse subjecit, Rusticum sanum, Cæ-  
fare ægrotum, multo esse feliciorem.  
Liber annectere historiam ridicu-  
lam de quodam JC. cui alteruter pe-  
dum, ob præviam gangrenam serrâ

erat ademptus, & in hujus vicem  
alius ex arte tam artabre factus, o-  
crea opertus, truncu alligatus, ut sag-  
commodè circa Scipionis admiricu-  
lum, incederet, nemine, nî ejus rei  
gnaro, vitium animadvertisse, cum  
ad fallendam ancillam nesciam, ut  
ocream detraharet, ei imperasset, so-  
lutis prius ligamentis, & illa mani-  
bus arrepto pede, sat validè traxi-  
set, rata, esse genuinum, non facti-  
tum, isto in manibus relicto, perter-  
rita & humili prostrata, in lipothy-  
miam incidit gravissimam, ut poenè  
examinita.

---

De Maleficiatis,

OBSERVAT. I.

*De casu Pueri novennis maleficiati admiratione  
digno.*

Cum

Ulm Puer novennis , si- illud ne curiam à causa naturali pro-  
lius Civis Ulm, aduersa fectum, sed à maleficio concitatum.  
pressus valetudine, haud Cum igitur ~~was~~ illud à caco dæmo-  
levem in toto abdomi- ne causatum, rationi consonum, me-  
ne sustinens dolorem, dia naturalia ad illius restitutionem  
aliquandiu morbus ille à causa natu- haud multum fore proficua. Cum  
rali originem traxisse judicatus, & spirituales substantiae à corporalibus  
media medicinalia adhibita, sed sine & materialibus, parum affici, judi-  
fructu, indies gravioribus succeden- centur, sed opus curæ magica. Hoc  
tibus symptomatis, ut tandem ipse autem non obstante, experiri pla-  
puer cum querimoniâ retulerit, tibi cuit, quædam media naturalia si ca-  
ab inquilina paternum ædium, codæmon eluidens, (prout alias ob  
quoddam esculentum oblatum, post versutiam suo merito, titulum mille  
vitrum aquâ plenum se exaurire artificis assecutus) non cederet, &  
coactum, insuper illius manu in hu- nobis à curæ desistendum. Cùm ma-  
mero, collo & sinistro pede percul- leficiū illius pueri, non tam in cir-  
sum, à cuius iectu, ilicet pes distortus cumentia corporis resideat, sed  
apparuerit, insuper in toto inferiore interiores partes occupet, in abdo-  
ventre ingenti dolore concitato, eo mine imprimit vim suam exerat, id  
quoquoversum, sursum & deorsum, hinc inde agitando, quasi animalcula  
magna violentia agitato, haud secus,  
ac si fera viva vagabunda tantas quædam viva, (prout ab aliis ma-  
turbas moveare solita, cum magna spe- leficiatis ranarum & murium species  
ctantium admiratione & commis- excrete) ibidem delitescant, tantas  
eratione. Sæpius illius ad astantes molestias parientia, oportet prius  
gravis querela, Satanam hæcere in quædam interna adhibere medica-  
fuo collo, linguâ & ventre inq, à menta, ex mineralium potius, quæ  
quo tanta proveniant tormenta. multo efficiora & magis appro-  
Quisnam esset Satan interrogatus, priata censenda, quam vegetabilium  
respondit, malignum spiritum, classe de promenda. Cum puer mi-  
ipsum diabolum. Multoties etiam norennis, primò facerem periculum  
contigit, ut ad interrogata respondere non concessum, linguam à dæ-  
cum Mercurio dulcificato, cum tar-  
mone quasi ligatam inhiberi, quo-  
tarovitriolato mixto, ad aliquot gra-  
minus diagr. præp. & conser. Ros. for-  
minus libera ad sermocinandum.  
Hisce circumstantiis ponderatis, in-  
dubia conjectura & censura, malum  
grana,

grana, si non in substantia exhibendo, saltem illius infusum in vino cum cinnamo, porrigendo, ad ægrum faleendum, qui alias in assumentis remediis, valde refractarius. Quantam vim habeat Mercurius vita in eliminandis rebus non naturalibus, in corpore hærentibus, ex observat, Johah. Agricolæ Chymiatri præcelentiss. patescit, qui Viennæ puerum 16. annorum, prætumido ventre, quasi hydropicus esset, ab aliis duobus Medicis primariis relictum, beneficio Mercurii dulcificati & vita in integrum restituit, pileo pleno, vario ossium majorum & minutissimum genere, per vomitum rejecto, postremo etiam succedente animalculo vivo hispido, colore fusco, Ranae formam referente, quæ lanæ à nullo vegetabili dimoveri aut propulsari potuissent. Quin & Joh. Fabri Medicus, Gallus, in suâ Pharmacopœia chymicâ refert, cuidam feminæ à sagâ, pomum venepatum exhibitum, exin in tabem cum dolore stomachi incidisse, in ventre sensisse motus varios, & animalium morsus, multorum Medicorum opera frustranea, se consultum obtulisse, salvi trioli cum aq. salvia, subsecuro vomitu materiæ nigrae copiosa, & rejectâ Rana nigra squamosa: alter die eadem dosi iterata, vomitu redditio serpente squamoso, restitutam, ex illustribus illis & rarissimis exemplis reluet, quantum opis sperant.

dum, in malis à maleficiis, concitatis, per medicamenta, ex mineralium classe deprompta.

Præmissis illis universalibus, ad eam materiajn, in qua delitescit seminale quoddam principium, maleficij, exterminandam, tum me conferrem ad quedam specifica exterius applicanda, & interius exhibenda, Foris placeret admoveri cataplasma ex stercore maleficiati in vesicam porcinam injecto, & in canino suspenso ad suffumigandum juxta processum Joh. Agricolæ, in ejus Chirurgia p. rva, sed præferrem Emplastrum fætidum exterius admovendum & decoctum interius sumendum quotidie duos haust⁹ accipiendo, quæ Adrianus à *Mynsicht*/describens, in omnibus morbis à maleficio causatis, summoperè deccantat, & stupenda experimenta quasi cælitus demissa, nuncupare non dubitat.

Cum enim Emplastrum illud constet ex assâ fætidâ, quæ quasi mephitum spirando, quoys stercore humano abominabilior, exin nostrate lingua nomen *Teuffelsdreck* menrui, indubium, quin illi valde sit aduersum. Etsi nobis haud exacte cognitæ cause, ob quas dæmones illa aversentur, cum sint substantiae incorporeæ & à corporalibus non affici, existimari queant, tamen succurrunt duplices rationes, meæ Rationi plausibles, Primo cum sunt spiritus insolens,

insolentes, ægtè ferentes, se tanto-  
perè despici & ludibrio haberí, cum  
indignatione recedunt & ergastu-  
lum corporeum relinquunt. Secun-  
dò haud videtur paradoxum statue-  
re, dæmones habere potentiam vi-  
dendi, audiendi, quidn' etiam odo-  
randi, siquidem potentia cognoscantur  
per intervenientes actiones.  
Rem ita se habere, an non id lucu-  
lenter demonstrare licet, per machi-  
nationes, ritus & ceremonias Magi-  
cas, dum certis conceptis verbis spi-  
ritus vocati, ilicò se visibilis præsen-  
tant: dum characteribus consigna-  
tis tantum, sine ullius vocu & emuni-  
catione, incitati, ea exequuntur,  
quæ ipse Magus requirit, ad ejus  
quasi nutum obsequentes; dum sus-  
fitu rerum fætidarum profugantur,  
Ad rem planiorem & illustriorem  
reddendam, propono casum mirabi-  
lem, de Cornelio Agrippā, qui pé-  
regrè abiens Lovanio, claves Musæi  
sui tradidit uxori, cum severo inter-  
dicto, ne cui concederet ingredien-  
di facultatem, tum quidam curiosus  
illius commensalis, feminam depre-  
cari non destitit, dum introitum im-  
petravit: Ingressus incidentis in libel-  
lum adjurationum, cum cæpisset le-  
gere, dæmon in trans quælivit, cur  
vocatus, quid fieri veller, cum trepidus  
suleret, statim præcluis faucibus,  
fuit strangulatus. Agrippa domum  
rediens, cernens super illum exul-  
tantes dæmones, cognitæ re gestæ,

præcepit homicidæ in cadaver se in-  
sinuare, & per forum ( ubi studioso-  
rum frequens erat conventus,) ali-  
quoties obambulare, & tandem cor-  
pus deferere, eo facto, id exanime  
concidit, suo rectore destitutum.  
Exin diu creditum, illum subitanæ  
morte sublatum. Ex notabili illâ hi-  
storiâ pænè indubium capiendum  
argumentum, dum dæmones citati,  
ilicò apparuerunt, eos visu & audi-  
tu, non quidem carnali, sed spiritua-  
li quodam modo, dotatos.

Ed magis ista videntur credibilia,  
cum & nostrates Theologi, ut &  
Pontificii, Animæ humanae à corpo-  
re separatae, quæ itidem est substan-  
tia incorporea, & inorganica, visum,  
auditum, loquaciam attribuant, quid-  
n' & odoratum. Notabilis apud  
Divum Augustinum epistola 100.  
designata visio Gennadii dubii de  
vita post mortem, ad persuadendam  
animæ immortalitatem, ipsi quidam  
Juvenis in somno apparuit, sibiens  
se comitari in civitatem, ubi audierit  
sonos suavissimarum cantionum &  
beatorum hymnos, cum hac disser-  
tatione: Sicut ergo oculi tui, in so-  
mno non operantur, & tamen me  
vides, ita cum defunctus fueris, nihil  
agentibus oculis carnis, vita tibi in-  
erit, qua vivæ & sepsis quo sen-  
ties. Exin relucet, animæ à corpore  
solutæ, sensum auditus & visus attri-  
bui. Multò magis de spiritibus An-  
gelicis id astruendum.

Ff

Quo.

Quoad objectionem illam , de  
esculento eodem , quibusdam aliis  
etiam pueris exhibito , citra ullam  
noxam , ergo nec illi obesse potuit.  
An non expedita & rationi consona  
responsio , si quis dixerit , soli præno  
minato puero obfuisse , quia sāgē  
studium & intentum erat illi soli no  
xam inferre , & eam tantum esculen  
ti portionem , maleficio infecit ,  
quam illi offerre constituerat , cāte  
ras autem portiones , aliis pueris ex  
hibitas , non inquinavit , quō minus  
ipsius innotesceret improbitas . Sed  
insuper aquæ haustum obtulit , hu  
merum & pedem sinistrum percus  
sit , quæ etsi per se innoxia fuissent ,  
tamen quia sunt instrumenta & qua  
si Sacra menta diaboli , si ea peragant ,  
prout edoctæ ac instructæ , ipse pol  
licetur effectum , etsi ceremoniis il  
lis & mediis nulla penitus ~~integritas~~ &  
efficacia foret assignanda . Cum tria  
concurrent in maleficio , Deus per  
mittit , sāga consentit , diabolus a  
tem perficit , vel immediate per mo  
tum localem , præexistentem mate  
riam morbificam , impellit & trans  
fert pro libitu & arbitratu suo , ad  
hanc vel illam partem . Si illius in  
tentio quempiam excæcare , mate  
riam phlegmaticam in oculos , si  
apoplexiā concitare , in sinus cere  
bri , si paralyxiā & contracturam cau

lare solet , in nervorum substantiam  
infatuare & præcipitare . Vel mediatè  
agit dæmon , applicando aëtra pas  
sivis , cum omniū rerum sublunariū  
calleat Naturam & occultas qual  
itates , eas varie ad morbos inducen  
dos , callidè comminiscere novit &  
damnum inferte .

Cum autem cura suscipienda ,  
Puer ille manibus pedibusque , resti  
tit , neque per os quidpiam pharmaci  
admisit , neque exterius applicata  
toleravit , à Satanā se inhiberi quiri  
tans , quo minus parēre ausit . At  
cum adeò refractarius , quid tandem  
contigit , qualem ista tragœdia ha  
buit ~~malitia~~ . Post aliquot septi  
manas ab illato maleficio , quandam  
materiam viscosam , formâ rotundâ  
per os rejecit , & jam Satanam emi  
grasse , palam asservit . Utrum autem  
materia illa robore Naturæ , irritatâ  
facultate expultrice , fuerit vomitu  
reddita , vel dæmon in illâ materia  
delitescens , velut seminali principio ,  
ultrò cesserit , vel ope magicâ inter  
veniente , ergastulum corporeum re  
liquevit , haud liquet . Hoc tamen  
certum est , puerum illum hactenus ,  
ab exagitatione dæmoniacâ & atro  
cibus doloribus immunem , nec le  
cto amplius affixum , quin passim sat  
commodè obambulare valeat , sed  
menis languor ac stupor perseverat .

OBSE

## OBSERVAT. II.

## In affectu hysterico.

**Q**Uædam Patricia macilenta per aliquot annos sèpius hystericas symptomatis agitata, variis usq; remediis, ab aliis ordinatis, sed à nullo se majus relevamen percepisse prædicabat, sequenti conserva à me præscripta, ipsi valde amica & in familiarem usum tracta,

**R.** Confer, flor. meliss. 3j. fl. an-

tho. 3vi. Nuc. musc. condit. 3ij. M.  
Cum esset Matrona mollioris Naturæ hæ pil. leviter, sive sensu ulius molestiæ, operationem perageunt, cum ab aliorum ordinatis tormenta concitata.

**R.** M. Pil. sine cura Augustan. 3ij.  
Extr. pil. aur. 3ß. cum aq. meliss. f. p.  
21, cum pulce prunorum exhib.

## OBSERVAT. III.

*De Cive Ulm. ex haustu vini, veneno, prout creditum, infecti, periclitante, ilicò liberato.*

**Q**uidam Civis Ulm. à circumfōraneo emerat radicem candidam (quæ mihi post ostensa, vīla radix Ellebori albi) ut eam in vino infundet, ad alvum solvendam, eo hausto, ingentes ilicò sensit cordis angustias, ut in ædibus quoquo versum discurreret, ubi quiesceret nescius, potionem venenatam & sibi lethalem ratus; cum illius uxor me accessisset, & casum exposuisset cum lachrymis, obtestando, pro salutari consilio, confessim præscripsi;

**R.** Theri. El. veteris, 3j. castor. El.  
3ij. aq. scabiol. 3ij. M.  
Cum admiratione ilicò ab assumptione recreatus & ab omni molestiæ liberatus. Cum castoreum sit peculiare alexiterium Ellebori albi qualitate in ejus infringens deleteriam, nec primitus constaret, qualis illa radix, Theriacam velut omnium venenorū Panaceam, adjungere placuit,

## OBSERVAT.

*De sanguinis effluxu inhibendo, quam periculose.*

**E**T si ex Observationibus Medico-rum constet, si Naturæ molita sanguinis excretionem per gingivas, eo represso, ad vias urinarias se con-

ff 2  
verte-

veretur: ita sanguine per penem pro-  
manante, eo constriicto, haemorrhia-  
giam narium concitarit: res mira,  
quod Natura Medicorum machina-  
tionibus tam refractaria, sua liberta-  
te gaudens. Libet subjungere casum  
singularem, consimilem me legisse,  
haud recordor. Erat quidam Civis  
Ulm. ieteritiā defatatus, cui præviā  
scarificatione, cucurbitulæ admotæ,

sanguine flavescente profluente, ad  
mortem usque cruentavit: cum qui-  
dam Medicus ad inhibendum, exter-  
na media adhibuisset, sanguis à cir-  
cumferentia ad centrum restagnans,  
per os & nares exitum querens, nul-  
la ratione refrenari ac compesci  
potuit, quin misellus ille,  
una animam effla-  
rit.

*Finis Observationum.*



D. AV-